

vendidimus pro triginta marcis Vribergensis argenti et ponderis iam solutis, quas in absolutionem dicti castris convertimus, accedente consensu nostri capituli dantes eidem liberam potestatem ordinandi de ea in Misnensi ecclesia, quidquid suae placuerit voluntati. Actum et datum Misnae anno domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo XVI. Kalendas Novembris praesentibus infra scriptis, domino Siffrido decano Misnensi, domino Heidenrico cantore, domino Theoderico praeposito Budesinensi, domino Arnolde archidiacono Nisicensi, domino Petro de Cice et magistro Conrado de Hersfelde canonicis Misnensibus et quam pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv mit den Siegeln des Bischofs und des Capitels an Fäden von rother und gelber Seide.

No. 288. 1288. 9. Sept.

B. Withego verpfündet dem Capitel Einkünfte in Piscopitz und Zscheila.

Nos Withigo dei gratia Misnensis episcopus recognoscimus publice protestantes, quod honorificis viris Burchardo praeposito, Siffrido decano totique capitulo Misnensis ecclesiae quatuor talenta et quatuor solidos denariorum legalium census nostri annualis, quod cedit de bonis nostris in Biscopitz, et decem solidos annuales in Schilowe iacentes obligavimus pro quinquaginta marcis Fribergensis argenti, pro quibus praedictum capitulum nostrum se pro nobis obligavit strenuis viris Bodoni et Ottoni fratribus et Ottoni ipsorum patruo dominis de Ileburg his conditionibus interpositis, quod si ante festum beati Martini nunc proxime instans supradictis de Ileburg quinquaginta marcas praetactas non solvimus, praefatum capitulum nostrum supradictum censum proprietatis titulo libere possidebit et nobis ad supplementum viri providi et discreti In cuius rei certitudinem praedicto capitulo nostro praesentem dedimus literam sigilli nostri robore communitam. Datum Mûgeln anno domini M^o. CC. LXXXVIII^o in crastino nativitatis beatae Mariae virginis.

Nach Grundmann cod. dipl. eccl. Misn. II. S. 250 im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Das Original wurde nicht aufgefunden.

No. 289. 1289. 28. Febr.

P. Nicolaus IV. beauftragt den Bischof dem Grafen Albert von Anhalt und dessen Gemahlin Lutgardis Gräfin von Holstein, die im vierten Grade verwandt den Ehebund geschlossen und mehrere Kinder gezeugt haben, nach näherer Erörterung nachträglich Dispensation zu ertheilen und ihre Kinder für legitim zu erklären.

Nicolaus episcopus etc. venerabili fratri . . episcopo Misnensi salutem etc. Ex parte dilecti filii nobilis viri Alberti comitis de Anhalt, et dilectae in Christo filiae nobilis mulieris Lutgardis natae nobilis viri Gerardi comitis de Holtsacia fuit propositum coram nobis, quod olim ipsi, qui quarto sunt gradu consanguinitatis coniuncti, matrimonium ad invicem per verba de praesenti publice in faciem ecclesiae contraxerunt, impedimentum consanguinitatis huiusmodi tunc penitus ignorantes, et postmodum inter eos carnali copula subsecuta, per annos plurimos insimul ut coniuges habitantes, filios pro-